



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Constantiae contraria sunt quinq[ue]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

*Constantia contraria sunt  
quinque.*

**P**rimum est stultitia. Vnde Ec-  
clesiast. uigesimoseptimo stul-  
tus ut luna mutatur. Secundum  
est peccatum. Genesis quarto dictum  
est ad Caim post peccatum homici-  
dij. Vagus & profugus eris super ter-  
ram. Et Isa. Cor impii quasi mare fer-  
uens, quod quiescere non potest.  
Tertium est impatientia. Vnde diuus  
Seuerinus Boethus ait. Quis est ille  
tam felix, qui cum dederit impatien-  
tię manus statum suum mutare non  
optet? Quartum est defectus timo-  
ris. Vnde Isydorus dicit. Vbi timor  
non est, ibi dissolutio; quia ubi ti-  
mor, ibi stabilitas, sicut dicit Gre-  
gorius. Anchora mentis, est pondus  
timoris. timor nanque facit homi-  
nem cautum atque sollicitum. Quin-  
tum est duplicitas animi. Vnde ait D.  
Iacobus. Vir duplex animo incon-  
stans est in omnibus uijs suis. Vir du-  
plex animo est, qui uult hic gaude-  
re cum mundo, & in futuro cum Deo.  
Contra quem extat Euangelium di-  
cens. Nemo potest duobus dominis  
seruire, &c. Et Hieronymus. Diffi-

Ecci 27

Gene 4

Isa. 57.

Lib. cō.

Isyd.

Grego.

Iaco. 2.

Mat. 6.

Hierom.



cile imò impossibile est, ut presentibus, & futuris quis fruatur bonis, ut de delitijs transeat ad delitias, ut in cælo & in terra appareat gloriosus. Et Pater Augustinus. Duo amores, alter bonus, alter malus, alter dulcis & alter amarus, non se simul in uno capiunt pectore.

Auguf.

*Correctionis incitamenta sunt tria.*

Mat. 18.

**P**rimum est scriptura, sicut apud Mattheum legitur. Si peccaverit in te frater tuus, uade & corripe eum, &c. Et Paulus ad Gallatas inquit. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, nos qui spiritualis estis huiusmodi instruite. Et ad Titum. Rogamus uos fratres corripite inquietos, &c. Et Exod. Occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. occidat, scilicet gladio increpationis. Super quibus uerbis Glossa ait. hoc ergo interficit, qui cum punienda inuenit, ab increpationis gladio non abscedit. Secundum est, bona quæ ex correptione procedunt, quæ sunt quatuor. Primum est, quia operit multitudinem peccatorum. Vnde D. Iacobus ait.

Gall. 6.

Tit. 4.

Exo. 32.

Glossa.

Jac. ultimo.